



Pipinus filius fuit Ansegisi & Beggæ, qui apud Aufrasio Francos rebus præerât. Cum enim Franci sub Clodoueo Magno amplissimas ditio- nes occupassent, de limite tuendo, & sese à uicinís populis uindicandis rationes inierunt. Et quoni- am latè gentis ditio patebat, hinc quidem à Ligeri & Arari ad Rhenum, illinc uerò à Rhodano & Se- quana ad Oceanum et mare Britannicum, in duas coacti diocœses dominium omne diuiserunt. par- tem unam Rheno adiacentem inter Mosam, Mo- sellam, & Illum amnes, sermone gentilitio Oster- reich, alterum uerò uersus mare Westereich nomi- nabant. Has uoces postea illorum scribẽ in Austra-

liam, & Vueltraliã aut Neustriã commutarunt. In Aufrasia ergo Theo- doricus filius Clodouei Magni in regnorum distributiõẽ primus rex factus, ex cuius sobole tandem Ansegisus ille Pipini pater prognatus est. Erat hic Pi- pinus statura breuis, sed animi magnitudine nulli secundus. Itaque à Theodo- rico rege Francorum, qui apud Aufrasio longè lateq; imperitabat, Maior domus factus est.